

Johann Gottfried Berg von

De Facultate Vasalli Per Vltimam Volvntatem Circa Fevdvm Disponendi : Specimen Inavgvrale

Rostochii: Literis Adlerianis, MDCCXCVII

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn862458536>

Druck Freier  Zugang





C. 151.

~~A. D. (B.) 10.~~

13

DE
FACVLTA TE VASALLI
PER VLTIMAM VOLVNTATEM
CIRCA FEVDVM DISPONENDI.

SPECIMEN INAVGVRALE

PRO SVMMIS HONORIBVS IN VTROQVE IVRE OBTINENDIS

OBTVLIT

ORDINI ILLVSTRI IVRECONSVLTORM
ROSTOCHIENSIVM

IOANNES GODOFREDVS a BERG

MEGAPOLITANVS

SODALIS SOCIETATIS SCIENTIARVM ATQVE ARTIVM
FRANCOFVRTENSIS AD VIADRVM


ROSTOCHII,
LITERIS ADLERIANIS.

MDCCXCVII.

24

LIBRARY OF THE
UNIVERSITY OF
ROSTOCK

PHYSICAL
SCIENCE



INCLYTAE AC SPLENDIDISSIMAE
SOCIETATI
SCIENTIARVM ATQVE ARTIVM
REGIAE BORVSSICAE
FRANCOFVRTENSIS AD VIADRVM
SPECIMEN HOC INAUGVRALE
IN
DEBITAE PERPETVAEQVE VENERATIONIS
TESSERAM

D. D. D.

AVCTOR.

INSTITUT AO EPIDEMIOLOGIAE

SOCHETATI

SCIENTIARUM ATQUE ARTIUM

R. G. LAE - BORNSBERG

TRANSOXYANENSIS AD VIABRUM

STESMEN INC. INAGVARE

GENERAL. EXISTITIOE. VERIFICATIONIS

LIBERUM

ACTOR

PROLOGVS.

Tenuem Tibi, lector beneuole, offero libellum de facultate vasalli per vltimam voluntatem circa feudum disponendi, quem ita ordinavi, vt materiam hic propositam tum secundum jus feudale commune tum patrium considerauerim. Humanissime vero rogo omnes, qui hocce opusculum adspicient, ne tam audaciam meam, quam potius rationes, quibus ad id componendum impulsus sim, considerent. Neutiquam enim scribendi pruritus, sed iussus eorum, quorum voluntati non parere impium est, me impulit, ad edendum specimen hoc inaugurale, debita obseruantia oblatum ordini Ictorum Rostochiensium, a quibus, peracto examine riguroso, honores doctorales decenter petii. Accipe igitur hancce opellam et memor sis verborum Quinctiliani Inst. lib. 12. cap. 6: *Si quid desit operi, aetas supplet et si qua sunt dicta iuueniliter, pro indole accipiuntur.*

§. I.

Noto notius est, feudum ad speciem domini minus plene esse referendum, atque hinc inter illos, qui contractum feudalem celebrant, dominum directum scilicet et vasallum, diuisa esse iura, quae insunt huic dominio.

A

minio.

minio. Licet enim vassallis aequae ac domino directo recte dominium feudi tribuatur, singulis tamen illud jure suo competit. Vassalli gaudent omni jure utendi fruendi feudo, hinc de omnibus consecrariis, hoc est, fructibus ac emolumentis ejusdem disponendi, immo de parte proprietatis quoque statuendi. Contra autem Dominus directus insigniter limitat atque refringit hanc proprietatis particulam vassallo tribuendam, tum pactis specialioribus inuestiturae adjectis, tum ipsis legibus in curia feudali receptis, quibus jura ipsi soli competentia magis determinantur. Limites, quibus Vassallus in disponendo de feudi substantia circumferbitur, duplicis potissimum sunt generis. Aliae proprietatis partes plane interdictae sunt vassallo, ita ut, neglecta hac prohibitione legum, actus a vassallo susceptus nullitate quadam laboret, ideoque non solum omni vi ac effectu destituatur, sed etiam haud raro poena specialis insuper sequatur nullitatem actus. Praeterea autem dantur quoque alia cum proprietate conjuncta jura, quae quidem non omnino et sub nullitatis poena interdicta sunt vassallo: attamen ita sunt comparata, ut in exercendis illis non quidem domino directo, sed sibi soli praesudicium inferat. Talis actus in se validus est, et domino directo nulla exinde nascitur obligatio, omnia potius inualida efficiuntur, quatenus juribus domini directi vili ratione noceatur.

§. 2.

Eminet inter has Vassallis impositas restrictiones, omnis suscepta feudi alienatio. Amice hic conspirant sancita juris feudalis *a)* tum Longobardici tum germanici *b)*. Subfuerunt quoque rationes sat graues, ob quas Vassallis omnis feudi alienatio, immo et oppignoratio, non accedente consensu domini directi, interdicta fuerit: non solum diuisum
inter

inter utrumque rei feudalis dominium hoc inuoluit, sed quoque idem
 fuasit maximum praedictum domino imminens, cui inuito nouus Va-
 fallus obtruditur, cuius fidem nondum explorauit; quidquod ipsa spes
 consolidationis, quae forte proxima erat, ob casum imminentis apertu-
 rae, hac ratione haud raro inanis redditur. Prouti haecenus exposita
 potissimum ad alienationem feudorum inter viuos factam pertinent, ita
 multo magis adhuc ad testamta, immo ad quamcunque vltimam vo-
 luntatem recte applicantur. Hinc in eo etiam, quantum ego quidem
 scio, omnes DD. juris feudalis vnanimiter consentiunt, concessa in ge-
 nere libertate alienandi, solam alienationem inter viuos subintelligendam
 esse, neutiquam vero illam, quae fit testamento, itidem sub hac voce com-
 prehendi. Et quis est, qui ingens non obseruet discrimen, quod inter
 has duas species alienationis intercedit? Hinc clarioribus verbis sancitum
 est in legibus nostris feudalibus c), nullam defuncti ordinationem in feudo
 vel manere vel valere debere. Haud quidem mihi ignotum est, Iure-
 consultos magni nominis asserere, illam solummodo ordinationem im-
 probari his verbis legis adlatae, qua feudum ad alios peruenit, quam
 quibus jus succedendi e pactis primi acquirentis competit, ideoque dispo-
 sitionem patris vassalli ratione liberorum valere debere d). Sed verba
 textus generalia huic sententiae, vti mihi videtur, omnino repugnant,
 ita, vt non immerito atque incongrue hic applicari debeat notum illud,
 lege non distinguente, nec nostrum est distinguere. Nec silentio praec-
 tereundum est, verba citatae legis praecedentia: *succedunt tantum filii
 aequaliter*: contrarium clare satis euincere.

a) II. feud. 52 et 55 quorum textuum valorem hodie saltem ad germaniam
 etiam se extendentem, non facile quis in dubium vocabit, licet alias
 plures contendant, has constitutiones originetenus ad solos vassallos

Italicos non itidem ad germanos pertinuisse. Loquuntur enim hodiernam applicationem ad germaniam nostram tot documenta historica et medii aevi et recentioris. Caeterum rigorem legislatoris exinde quoque cognoscere licet, quod vel scribam grauiissima poena infamiae tali casu adficiendum esse praecipiat. *Scriba, ita legitur, vero qui hoc instrumentum sciens conscripserit, post amissionem officii cum infamice periculo manum amittat.* Subsequens aetas non eundem rigorem obseruat, neque enim vola neque vestigium ejusdem adest in constitutione ab Imperatore Maximiliano primo Notariis praescripta; licet forte quodammodo huc referenda sint verba obuia titulo von Apellations Instrumenten §. 11. vbi ita scriptum est: *damit sie Wissen haben mögen, die Parteyen, so vor ihnen contrahiren oder handeln, der Solennitäten und Clauseln zu den Contracten und Händeln und ihrer Beständigkeit gehörig zu verständigen und sich vor den Contracten und Händeln von Rechten verworfen und verboten zu enthalten, dieweil sie sonst ihrer Unwissenheit halben den Parteyen, so von ihnen versäumt würden, ihr Interesse abzulegen schuldig seyn*

- b) Ius feudale allemannicum cap. 26. §. 25. apud Dom. de Senkenberg: Niemand mag sin Lehen verkoufen ohne fins Herrn Hant, das es Kraft habe.
- c) I. feud. 8.
- d) Ex pluribus memorare mihi liceat duumviros, qui haec principia ad patriam quoque applicare studuerunt. *Becker de jure minorum circa retractum feudalem a tutore neglectum, Sect. 1. §. 10. Pester de feudo fideicommissario ex jure communi et meklenburgico, §. 6. sequ.*

§. 3.

Praeter dominum, cujus consensum in alienatione feudi necessarium esse vidimus, et quo accedente, tale negotium demum licitum et in praejudicium illius validum efficitur, alii adhuc adsunt, quorum consensus

fensus etiam non negligendus est, si alienatio plenissimum juris effectum habere debeat. Ex numero horum sunt omnes, quibus vi primae investiturae jus succedendi in feudo jam est quaesitum, id quod facto vasalli possessoris iis inuitis nequaquam iterum adimi potest, cum alias illud prorsus inutile foret, et ex arbitrio vasalli possidentis pendens euaderet. Huc collineat praeceptum juris feudalis, quo inculcatur, alienationem feudi paterni non valere, accedente licet voluntate domini, nisi agnatis quoque consentientibus, ad quos beneficium aliquando sit reuerfurum *o*). Tantum vero abest, ut idem praejudicium vasallo feudum alienanti, non attento consensu agnatorum, immineat, quod ipsi metuendum erit ex neglecto consensu domini directi, ut potius priori casu facta alienatio tanquam licita in se subsistat, et tum demum ex post inuoluita reddatur, quando successio ad agnatum dissentientem deuoluitur; posteriori casu autem eadem statim tanquam illicita corruat, et insuper amissione feudi puniatur. Cum porro omnium agnatorum idem jus sit successionis in feudo, patet hinc, eandem quoque omnium in hoc casu esse debere auctoritatem, hinc proximiorum agnatorum consensum tali casu non sufficere, accedat potius necesse esse remotiorum quoque consensus, ne, successione aliquando ad hos deuoluta, ab iisdem negotium, forsitan ante secula iam celebratum, adhuc impugnetur, et actu inuoluitum efficiatur. Quae modo de agnatis diximus, ob identitatem rationis quoque valent de simultanee inuestitis secundum mores Saxonum. Immo quodammodo nec spernendus est consensus eorum, quibus eventualis de feudo a domino facta est inuestitura. Est quidem, fateor, horum jus tantummodo conditionatum, quod demum in casum aperturae, finitis juribus omnium illorum, quibus per inuestituram feudum a domino actu est constitutum, exerceri potest: attamen tempestiua contradictio et interposita apud do-

minum directum protestatio horum facile efficiet, ut dominus alienationem vasalli non approbet, ideoque hac ratione eadem per indirectum ab eventualiter inuestito impediatur, omnique careat effectu. Lubens libensque concedo, impertito consensu domini directi nihil metuendum esse vasallo alienanti feudum, sed longe alia est quaestio, num dominus directus hoc nomine obligatus maneat eventualiter inuestito, an impune alienationem vasalli possessoris approbare queat, nec eo ipso ad satisfaciendum huic teneatur. Dominus directus enim, ita sentio, omnino obligatus manet, nec vlla solida subesse videtur ratio, cur eventualiter inuestito denegari possit actio subsidiaria, ad praestandum interesse, contra dominum directum instituenda *b*).

a) II. feud. 39.

b) Contrarium defendit beatus Struben part. I. Bedenken 89. quod inscribitur: *Eine ertheilte Anwartschaft und eueutnal Belehnung verbindet den Lehnherrn nicht, in die Veräußerung des Lehn zu willigen, auch es zum Besten des Besitzers in Erbe zu verwandeln.* Mouet quidem vir doctissimus dubium, numne actio doli locum inueniat contra dominum directum, quod his verbis refutare studet: *Dass zwar die actio doli wider denjenigen Platz finde, der wissentlich an sich bringet, was einem andern geböret. Man könne aber nicht sagen, dass einer dolose handle, wenn er mit vielen Rechtslehrern dafür hält, es könne ein Lehn der darauf ertheilten Anwartschaft ungeachtet veräußert und in Erbe verwandelt werden.* Sed, pace dictum sit tantū viri, non opinionibus Doctorum sed legibus iudicandum erit. Quis quaeso, ut exemplo rem illustrem, ob eam rationem, quia dominus durante contractu locationis conductionis praedium suum tertio cuidam valide vendidit, et actu in emptorem transfudit, id quod conductor impedire

pedire nequit, nisi specialiori ratione sibi prospexerit in contractu locationis conductionis, quis, inquam, alienantem liberaret a praestatione indemnificationis, actione hac contra eum qua locatorem iustituta?

§. 5.

Difficilior restat quaestio, num pater consensu filiorum indigeat in alienando vel oppignorando feudo. In diuersissima hic abeunt Doctores juris feudalis, alii negant, alii affirmant quaestionem propositam. Qui ex numero negantium sunt, mox in eo se fundant, quod successio liberorum hereditaria sit in omni feudo, agnatorum vero non hereditaria: mox autem prouocant imprimis ad dispositionem juris longobardici, qua sancitum est, filios simul heredes allodii, atque successores feudi a patre ad eos deuoluti esse debere. Perluasum nempe sibi omnino habent, liberos non primi acquirentis, sed patris beneficio et per patrem succedere, contra agnatos sibi successionem proprio iure tanquam descendentes a primo acquirente vindicare; ideoque hac ratione liberis impositam esse obligationem praestandi quaelibet facta patris de feudo; si quidem instar heredum ejus, hinc ob identitatem personarum nullae aliae eorum sint partes, quam ut acquiescant factis parentum, atque omnia rata manere sinant. Contra qui hic dissentientium partes sustinent, filiorum consensu omnino opus esse in alienatione feudi a patre suscepta, contententes vrgent, nec in filio sublatum esse discrimen inter successionem allodiam et feudalem, sed potius eundem semper duplici spectari debere qualitate, scilicet successoris, tam allodialis, quam feudalis. Reponunt iidem, neque illud praetermittendum esse, quod filius quidem per et post patrem succedat, immo illi soli debeat, se in numero a primo acquirente descendentium esse, attamen falso exinde conclusionem formari, quod etiam bene-

beneficio patris feudum teneat, quod potius vi primae inuestiturae atque ex benevolentia domini ad illum transmittatur.

§. 5.

Praeualere mihi videtur sententia eorum, qui negant, per patrem stare, velitne filium feudo priuare an non. Feudum neutiquam ad illam speciem honorum referri debet, quae dispositioni defuncti patris tanquam propria obnoxia erant. Exinde prono alueo fluit, nec dispositionem illius in feudo validam esse, nec filium ad satisfaciendum testamento, in quo tale quid sancitum est, obligatum manere; ne dicam patrem tale quid suscipientem contra legem prohibitiuam feudalem supra allegatam impingere. Alienationem huiusmodi nullam statim ab initio vel saltem inualidam esse, ex supra dictis apparet, quare nec filius heres existens eandem approbare et ratam habere debet. Certo enim certius est, obligationem non existentem neque in heredes transmitti posse. Quae filio a legibus feudalibus a) imposita est necessitas, non recusandi hereditatem patris allodiale[m] absque feudo, hoc quidem omnino inuoluit, filium paterni nominis conseruandi causa aes alienum a patre contractum solvere, neutiquam vero ob illud repudiare hereditatem allodiale[m] in dedecus ejus posse, retento absque vilo onere feudo. Verum enim vero dicta dispositio eo vnice tendit, vt filius, allodio forte non sufficiente, etiam feudi nomine ad facta patris allodialia praestanda concurrere obligetur, hinc ex fructibus feudi, quae allodii instar habentur, satisfaciat creditoribus paternis. Fallunt e contrario, et falluntur, qui ex hoc legum sancito euinci posse putant, successionem filii in feudum hac ratione hereditariam et vniuersalem esse effectam, potius firmo stat talo thesis, qualitatem successionis feudalis et allodialis propterea non confusam esse, sed

sed filium ex eodem inuestiturae beneficio, ac agnatum, feudum accipere. Tantum enim abest, ut propterea, quod filius utramque hereditatem paternam vel amplecti, vel repudiare debeat, feudum pro parte hereditatis allodialis haberi possit, ut potius titulo singulari, licet eodem, quo pater, jure, illud possideat filius.

a) II. feud. 45 et 57. §. 4.

§. 6.

Quae hactenus dixi, forte a pluribus approbantur, quatenus de feudis antiquis sermo est, contra fortiter repugnabunt, simulac assumitur, patrem testamentum condidisse de feudo nouo, seu ab ipso demum acquisito. Hoc enim existente casu asserunt, patrem esse primum acquirentem, a quo ergo omne jus in feudo sit derivandum, quare nec filium facta ejusdem impugnare posse, ad quem beneficio patris omne jus, quod habet, redundare debet. Addunt, qui ita sentiunt, ante mortem patris nullum filiis in feudo jus esse, sed me iudice, asserta haec haud firmo superstructa sunt fundamento. Pendet quidem a libero patris arbitrio, utrum feuda pecunia sua redimere, an praedium suum liberum alteri in feudum offerre velit, et eatenus acquisitio vel constitutio feudi a patre facta ad hunc vniuersum est referenda, ita ut nulla successio feudalis locum inuenire potuisset, nisi contractum feudalem inire ipsi placuisset. Verum enim vero, celebrato jam hoc contractu, seu facta acquisitione feudi a patre per inuestituram accedentem, non sibi solum, sed omnibus suis descendantibus feudi capacibus itidem acquisiuit omnia jura vassallis circa feudum competentia. Ab ipso hoc factae inuestiturae momento filiis est jus in feudo quaesitum, quod iis inuitis nec a patre nec

B

a domi-

a domino absque iusta seu legali causa denuo eripi atque auferri potest. Patri ergo in posterum non erit permittendum, ita stabilitam successionem liberorum feudalem immutare vel infringere, potius hic quoque dicendum erit et applicandum, id quod ab initio erat libertatis, ex post fit necessitatis. Concedi potest et debet, per patrem, vel mediante illo filium ad successionem feudi peruenire, sed neququam exinde legitimo ratiocinio deduci poterit, solo patris beneficio feudum a filio acquiri, quippe qui simul etiam domino directo, cuius beneficio feudum est constitutum, illud debeat. Quare etiam lex feudalis diligenter inculcat, hoc beneficium ex benevolentia domini directi dari vasallo *a*). Ex dictis colligimus, jus ipsum, viuo adhuc parente, iam filiis tribuendum esse intuitu feudi acquisiti, contra vero exercitium juris suspensum omnino manere vsque ad mortem patris. Denique omne, quod fortasse superesset dubium, extorquere possunt verba generalissima legis supra allegatae, nullam omnino ordinationem defuncti in feudo manere vel valere debere. Nulla hic inuenitur restrictio, vel facta exceptio hujus aut illius speciei feudorum, sed de omni in genere feudo, tam antiquo quam nouo, hoc pronunciat: ideoque tam feriam legis prohibitionem pater suo testamento tollere vel immutare frustra tentabit *b*). Amice conspirant hic leges veteres germanicae feudales *c*), nec non per plures recentiores leges, quae disertis verbis qua hunc passum confirmarunt jus longobardicum, longa serie ab aliis jam citatae *d*).

a) II. feud. 23, in fine.

b) Plures quaestiones adhuc moueri solent, quas omnes explanare mihi non permittunt limites hujus scripti, neque ad omnia dubia respondere, quae a dissentientibus proferuntur, animus est, imprimis cum jam dudum

dum plurima docte excussa sint a viris laude mea majoribus, *Hombert zu Vach* dissertatione de patre vasallo liberis exheredatione vel inaequali feudi divisione, ne jure longobardico quidem praejudicante, et *I. L. Boehmerus* tractatu de filio vasalli successore in feudum 1779.

Genuina principia, ex quibus haec controuersia decidi potest, stabilita quoque inuenire licet in duobus scriptis ab ordine Iureconsultorum Goettingensi 1790 praemio ornatis, altero consiliiarii Cancellariae Strelitzenensis de *Kamptz*, altero consiliiarii aulici Gerensis *Wiese* de fundamento et limitibus obligationis liberorum ad facta parentum praestanda.

c) Jus feudale allemannicum cap. 62. 63. 98. jus feudale Saxonium articul. 29. §. 5.

d) De *Ludwig* de obligatione successoris in principatus et clientelas cap. 6. §. 4. de *Kamptz* loc. cit. §. 39. not. m.

§. 7.

Haec juris longobardici principia hactenus demonstrata, prouti vi factae receptionis hodie per totam nostram Germaniam obtinent, immo in plurimis prouinciis imperii romano-germanici expressa confirmatione denuo corroborata sunt. Interim quoque ex altera parte, ex diuersis rationibus facile euenire potest, vt applicatio earundem legum in hac vel illa prouincia, quoad hunc passum, locum non inueniat. Contrarium enim mox praescribit lex inuestiturae, mox natura feudorum prouinciae applicationi repugnat, mox ipsa lex prouincialis contrarium fanciuit. Sic v. c. feuda mere hereditaria, alienabilia, et quae forte sunt hujus generis alia, liberiozem vasallo possidenti concedunt facultatem de feudo disponendi. Quae cum ita sint, haud immerito jam quaestio mouetur, quid de feudis nostris megapolitanis hoc respectu sit dicendum, ad quam

pro virium mearum modulo jam respondebo. Singularia quaedam, eaque magni momenti, circa feuda nostra obtinere, nemo facile inficias iuerit. Vbi ergo natura eorum vel lex aut consuetudo contrarium faciens repugnat, omnino jus peregrinum in subsidium demum receptum exulare debet. Caue autem, ne pluraingas a regula juris communis aberrantia feudorum nostrorum, quam quae e genuinis principiis deduci atque demonstrari possunt. Ex duobus potissimum fundamentis praeter leges expressas deriuanda esse singularia, quae feudis mecklenburgicis inesse statuunt, sibi persuasum habere solent; alii contendunt, haec feuda referenda esse ad haereditaria, non quidem mere aut simpliciter, sed tamen mixtim talia. Ex indole huiusmodi feudi fluere dicunt, non quidem personas, jure feudali coeteroquin ad successionem inhabiles, successores esse posse in his feudis, attamen ipsam hanc successionem hic deferri jure haereditario civili, ita, vt non jure sanguinis primo acquirenti, sed potius jure civili hereditario ultimo defuncto succedatur, cujus personam successor repraesentet, hinc ad omnia ejusdem facta praestanda obligatus maneat ^a). Alii vero singularia nostrorum feudorum determinantes ad id prouocant, quod haec nostra feuda sint in numero oblatorum. Horum vero naturam et conditionem eam esse putant, vt longe liberior vasallorum sit potestas de illis disponendi, immo transmittendi ea ad personas, in prima inuestitura non comprehensas, ideoque et alienandi ista vel infcio et inuito domino hinc multo magis non requisito consensu agnatorum, ne dicam filiorum. Omnia in praecedentibus de vasallorum restricta facultate in alienandis feudis dicta, et legibus feudalibus longobardicis probata intuitu feudorum hujus terrae fallere debere, simulac alteram amplectimur sententiam, atque consuetaria ex dictis fontibus formata adoptamus, quis est, qui non facile perspiciat? Operae ergo pretium

tium omnino esse videtur, horum opiniones diligentius examinare, atque ita curatius determinare, quae ratione alienationis feudorum vasallis nostris permiffa fuit, quaenam interdicta.

a) Inter plures, quibus haec arridet fententia, memorare solum liceat *Engelbrecht* dissertatione de singularibus feudorum mecklenburgicorum iuribus, fectione 2. §. 10. *Moeller* vsu pratico distinctionum feudalium, cap. IV. dist. 15. ibique larga manu citatos.

§. 8.

Primum quaesitio enodanda est, num feuda nostra ad data an ad oblata sint referenda. Olim vexatissima haec controuersia maximis animi affectibus est agitata. Alii enim negando quaestionem iura domini directi salua conseruare putabant, alii vero sibi persuasum habebant, affirmatione contrarii praerogatiuas ac iura vasallorum mirum quantum augeri. Hodie de lana caprina dictam quaestionem esse, plurimi iique celebratissimi iuris feudalis doctores contendunt, solidioribus argumentis euincentes, oblacionem feudi maxime lubricum esse fundamentum assertarum vasallis praerogatiuarum a). Attamen interdum accidisse vidi, vt ab his propugnatoribus sanioris fententiae tamen in subsidium vocetur haec distinctio ad eo facilius euincendam hanc vel illam praerogatiuam vasallorum, alias aegrius defendendam. Ideoque non omnino forte superfluum erit, hanc controuersam quaestionem, quantum fieri potest, prorsus dirimere, hinc certi quid determinare ratione quaestionis, cuiam speciei feudorum, oblatorum, vel potius datorum, nostra accenserferi debeant b).

a) *Moeller* l. c. cap. 4. dist. 8. *Engelbrecht* obseruation. sel. forens. spec. 1. Obf. 16. *Semler* über die Zulässigkeit letzter Willensverordnungen im Lehn auf Seiten der Vasallen. Quae tractatio legitur apud *Zepernik* Miscellaneen zum Lehnrecht, Tom. II. p. 374.

B 3

b) Deci-

b) Decidere eam non audeat. *Moellerus* l. c. cap. IV. dist. 8. *quid*, inquit, *in tanta adhuc historiae nostrae domesticae obducta caligine de feudis nostris provincialibus megapolitanis sentiendum sit, an ad data, an vero ad oblata referri mercantur, tuto ac pro certo affirmari non potest.* *Engelbrecht* dissertatione citata, nec non de *Behr* de rebus mecklenburgicis libro 4. cap. 5. pro aris et focis defendere studuerunt, feuda nostra ad oblata referenda esse; eandem opinionem amplexi sunt *Tornow* Tractatu de feudis mecklenburgicis part. I. cap. 1. §. 10. *Meivius* Consilio 44 et *Frank* im alten und neuen Mecklenburg libro 5. cap. 20. p. 159.

§. 9.

Meum quaecunque hac de re iudicium, quod perexiguum esse sentio, hoc erit. Praelucente historia patria indubitatum erit axioma, Henricum Leonem ducem Saxoniae jure Victoris terras has nostras occupatas inter milites suos diuisisse a). Pariter quoque discimus ex coaenvis historicis, Pribislaum principem Sclauorum recepisse maximam partem paternae hereditatis, et simul omnia jura ducis Henrici Leonis in illum esse translata. Ita enim ab *Helmoldo* b) memoriae est mandatum: *Pribislaus rediit in gratiam cum Henrico Leone, et hic reddidit ipsi omnem occupatam terram cum omnimoda potestate, quam exercuit Henricus hactenus. Postea Pribislaus ad agros colendos, terrasque vacuas populandas, vicinos populos inuitauit atque iis eodem modo donauit.* Porro discimus ex testimoniis sat fide dignis, *Gunzelinum* ab Henrico Leone cum terra *Suerinenſi* inuestitum nobiles agros in sua ditione sitos sub fide vasallitica concessisse c). Tandem ex documentis quibusdam nobis adseruatis perspicimus, tum temporis, restaurata nempe pace, multos exstitisse vasallos, quorum nomine fidelium et ministerialium mentio

mentio fit in iisdem. Quaedam illustrationis causa afferre liceat. Sic exstat diploma Henrici Leonis de fundatione episcopatus Suerinensis, ubi omnes fere testes nobiles sunt, et ministeriales dicuntur *d*). Porro in diplomate ducis Borwini de anno 1218, testes ministeriales iidem occurrunt *e*). Dein juris feudalis mentio jam iniicitur in documento Henrici Borwini de anno 1222, et testes ibidem obuii nomine militum veniunt *f*). Inter plura alia valde memoratu digna documenta horum temporum, quorum ingens superest numerus, praecipue nobis hic nominandum erit documentum ducis Ioannis de anno 1262, quo villa Boidevienstorp seu Beidendorf Arnoldo de Tremonia siue Dortmund vendita est *g*), discimus enim ex eodem pristinam vasallorum mecklenburgicorum conditionem. Occurrunt ibidem haec verba notatu digniora: *notum esse volumus, quod Arnoldus de Tremonia comparavit et emit a nobis Boidevienstorp cum omnibus suis attinentiis, cum omni iure atque omni libertate perpetuis temporibus possidendam, quo milites et omnes vasalli nostri receperunt et possident bona sua, pro mille marcis lubicensis monetae, majori tamen iudicio, scilicet, quod in collum et manum, nobis et nostris heredibus reseruato; tempore vero conditionis talem fecimus pactionem, quod non solum illam villam, ut omnia bona, quae possidet in districtu nostro, libere potest vendere, cui volet.* Ex adductis abunde satis patet, feuda nostra esse originetenus data non oblata, in specie autem opinionem eorum plane esse rejiciendam, qui sibi aliisque persuadere cupiunt, nexum feudalem seculo decimo quarto demum esse introductum, oblata tota hac terra a principibus nostris imperatori imperioque romano germanico in feudum. Optimo hinc suo iure dux Carolus in resolutione ad gravamen ordinis equestris, ne in posterum officiales atque ministeriales alii denominarentur, quam ex numero illorum, hinc, ut peregrini omnes exclu-

deren-

derentur, respondebat congrue satis: *Sie würden sich erinnern, daß ihre Eltern und Vorfahren in diesen Fürstenthümern und Landen selbst Fremdlinge gewesen, und demnächst dermaßen stattliche Recompense erlanget, daß sie und die ihrigen noch derselben sich zu erfreuen, und daher alle ihre zeitliche Wohlfarth und Aufnahmen hätten* b). Haec, quae haecenus adduxi ex historia patria vt et documentis illorum temporum, longe praevalere mihi videntur opinionibus aliorum, qui ad solam auctoritatem doctorum et ad scriptores longe recentiores prouocant. Vnicum hoc addere mihi licebit: fingamus, quod certissime nunquam probabitur, subditos bona sua et praedia allodialia temporibus antiquissimis principi obtulisse hac lege, vt illa iisdem sub nexu feudali restitueret; quatenam exinde commoda percipere possent praesentes praediorum feudaliū possessores? Nulla certe. Qui enim hodie feuda nostra possident, ad vnum fere omnes haec praedia tanquam ex gratia domini directi ipsis collata tenent, ideoque non amplius ad paria iura aspirare possunt, quae olim offerentes rem suam in feudum, sibi suisque in re illa propria referuasse dicuntur. Longe nempe alia foret ratio possessorum praesentium. Hi feuda sua soli liberalitati et gratiae domini directi debent, in cuius haecenus erant potestate, hinc multo minus pinguiorem vel liberaliorem conditionem pacto inuestiturae stabilire potuerunt.

a) *Hellmold* in *Chronico Sclauorum* p. m. 202. *Rudolf* im pragmatischen Handbuch der mecklenburg. Geschichte, Theil 1. p. 126.

b) l. c. p. m. 226.

c) *Chronicon Chemnitzii* apud *Poetherum* im Auszug des gedachten Chronici, erstes Stück der neuen Sammlung mecklenburg. Urkunden und Schriften.

d) Apud

- d) Apud beatum *Schroederum* in den Wismarischen Erstlingen, Stück 1. p. 63.
- e) *Frank* im alten und neuen Mecklenburg, lib. 4. cap. 5. p. 36.
- f) *Frank* l. c. libr. 4. cap. 10. p. 81.
- g) *Deductio sub rubro: das letzte Wort* de anno 1751 inter adjuncta Nr. 66. p. 148. *Frank* l. c. libr. 4. cap. 32. p. 248.
- h) *Legatur Westphal* de consuetudine ex sacco et libro p. 63.

§. 10.

Mitto jam hanc inter feuda data et oblata formatam distinctionem, quae non solum in se spectata omni omnino utilitate et usu practico destituitur, sed quoque ad patriam male applicatur; cum feuda nostra saltem hodierna neutiquam ad oblata referri possunt. Quod autem ad alteram illam attinet distinctionem supra jam a me allatam, firmiori fundamento eandem innixam esse, certum est; vereor tamen, ut feudis nostris feliciori successu applicari queat. Communis vero est opinio omnium juris feudalis doctorum domesticorum, feuda mecklenburgica mixtum hereditaria nominanda esse; simulque vno quasi ore omnes rationem hujus asserti in eo quaerunt, quod acri alieno sint obnoxia ^{a)}. Quae quidem vltima horum feudorum qualitas tantum abest, ut in dubium sub vlla veritatis specie vocari queat, ut potius per ipsas leges et vetustiore observantiam prouinciae nostrae confirmetur. Neque hoc negandum erit, plures exinde rite formari posse conclusiones, quae maxime a jure communi feudali deuiant. Quis enim est, qui nesciat, non filios solum vassalli obligatos esse ad soluendum aes alienum a patre contractum, si vel maxime hereditas allodialis soluendo non sit, sed eandem etiam agnatis impositam esse obligationem, saltem subsidiarie, scilicet allodio non
C
suffici-

sufficiente; immo ipsum dominum directum promississe, se debita a vallis contracta, sub certis tamen limitationibus, ex feudis apertis solutum esse? Quidquod haec feudorum nostrorum indoles, vi cuius grauioribus onerari possunt debitis a quocunque vasallo possessore contractis, singularem hunc et a regula prorsus alienum effectum producit, vt moto concursu feudum sit alienandum, ideoque omnibus a primo acquirente descendentibus hac ratione jus per primam inuestituram ipsis acquisitum intervertatur b).

a) Apponere hic liceat, quae in nouissima delineatione (projecto) feudali de 1757. titulo II. leguntur: *Dass die mecklenburgischen Lehnüter in subsidium Schulden tragen, und zwar ohne unsern und der Vetteru Consens und dass auch die blos chirographarischen Forderungen in Concursen bezahlet werden, lassen wir zwar in der Regel füröbin geschehen. — — — Ueberhaupt also geben die Lehnüter mit allen Schulden zwar auf die Erben und Successoren, auch auf uns selbst, wenn sie uns erlediget werden, bis an ihren Werth; jedoch stehet das Principium de subsidio tantum noch immerhin feste.* Inprimis hic consulantur, quae in articulo 27. reuersalium de anno 1621 occurrunt: *Die auf dergleichen Lehen (casus ibidem tractatur filiae usufructuariae feudum post mortem patris sine filiis mortui possidentis) auf Ableben des Lehnmannes hastende Schulden, dafern dieselben von des Verstorbenen Nachlass nicht bezahlet werden können, sollen von den Erbjungfern, so lange sie sich ihres Privilegii gebrauchen, gebührlich verzinsset, aber die Hauptsumme von den Lehnfolgern endlich widererleget und bezahlet werden.* Porro hic non negligenda erunt verba articuli 8. reuersalium de anno 1572: *Wollen wir hinfübro keinem von der Ritterschaft, der zu Ablegung seiner Schulden oder Wendung anderer obliegenden Noth sein alt Stammebn, so nicht auf den äussersten Fall der Awwartung oder Eröfnung stünde, verpfänden, versetzen oder auch zum*
Leibge-

Leibgeding vermachen wollte, unsern Consens und Willbrief weigern, doch dass dasselbe den nächsten Agnaten zuvor angeboten werde. Cum quo loco diligenter conferri debet articulus XXXI. Reuersalium de 1621.

- b) Omnes scrupulos extorquet §. 457. transactionis nouissimae de 1755: Da auch nach unserer Lande notorischem Herkommen und üblichen Gebrauch die Lehen durch entstehende Concurse aus der Familie fallen. Huc sine dubio quoque collineant verba nouissimae delineationis feudalis nota praecedenti adducta: Auch uns selbst, wenn sie uns erlediget werden, bis an ihrem Werthe.

§. II.

Haec Vasalli possessoris data facultas legibus agnita grauandi feudum debitis etiam allodialibus atque hoc modo, interdum saltem, per indirectum hoc efficiendi, vt feudum propter aes alienum contractum sub hasta vendi, hinc prorsus alienari debeat; ad singularia nostri juris feudalis merito refertur, prouti ipsa feuda hoc nomine impropria recte appellari possunt. Interim propter hanc singularem illis vi legum provincialium superadditam qualitatem non statim eadem hereditaria mixta appellarem: id quod plura impedire videntur. Recte jam monuit beatus Beckerus ^{a)}, exinde, quod feuda mecklenburgica saltem in subsidium aeri alieno obnoxia sint, haud valide et tuto concludi posse, vasallo possessori permissam esse facultatem illa distrahendi et alienandi. Leges provinciales nostrae hanc conclusionem non modo ignorant, sed contrarium potius varia ratione ex iisdem euinci potest. Quis negare potest, agnatum, successione feudi ad ipsum deuoluta, reuocare feudum citra suum consensum olim a possidente vasallo alienatum, ideoque illum suo jure impugnare facta alienantis. Clare satis illud demonstrant tot praepudicia in Megapoli obuia: prouti etiam haec veritas exinde magis adhuc confirmatur,

matur, quod in casu factae hujusmodi alienationis publica citatio omnium, qui, ex jure agnationis sibi contradicendi jus esse, asserunt, decerni solet. Quae dicta sunt, non modo in alienatione vel venditione voluntaria locum inveniunt, sed quoque in necessaria, quando Vasallus necessitate aeris alieni coactus ad alienationem processit *b*). Quis ergo non videt, ex obligatione existente ad agnoscenda debita antecessoris in feudo neququam recte et tuto concludi posse, ad obligationem approbandi alia facta vasalli mortui, per leges feudales non itidem corroborata et permissa, sed potius prohibita? Obstat huic argumentandi modo notissima juris regula, quae praecipit, ut feudum in vno capite improprium in caeteris capitibus omnibus proprium maneat ac ordinariam feudi naturam retineat. Recte ergo statuendum erit, singulare hoc juris nostri feudalis, omnem successorem in feudo ad extinguendum aes alienum antecessoris subsidiarie saltem obligari, ad vnicum hunc casum esse restringendum, minime autem plura alia singularia legibus non pari ratione approbata exinde deducenda vel potius fingenda esse.

a) Vel potius respondens dominus *Mecklenburg* specimine academico: *de facultate alienandi feuda vasallis licita aut non*, sectione 3. §. 36.

b) Legatur hic notatu maxime dignum responsum a facultate juridica rostockiensis superiori seculo jam elaboratum, de reuocatione feudi mecklenburgici alienati, quod insertum est selectis juridicis Rostochiensibus, fasciculo 3. specimine 7. qu. 5. Vnicus tamen excipiendus erit casus, si moto solemniter concursu feudum creditoribus per sententiam addicitur, quem ex instituto eleganter tractauit Krügerus (praeside Manzelio) dissertatione inaugurali *de reuocatione feudi mecklenburgici post additionem in concursu solemniter creditoribus factam*. Lex approbat hanc exceptionem, quae caeteroquin firmat regulam.

§. 12.

Qui, feuda nostra mecklenburgica mixtim hereditaria esse, affirmant, hinc non jure sanguinis primo acquirenti, sed potius jure haereditario civili ultimo defuncto succedendum esse, defendunt, simul asserere debent, hanc esse indolem atque naturam illorum, ut quilibet successor, siue descendens sit, siue agnatus, tanquam heres personam defuncti repraesentans, omnia facta ejusdem praestare et rata habere debeat. Hoc posterius recte tamen negatur a plurimis, quibus idcirco calculum meum adicere nullus dubito. Certe enim specialis haec a lege provinciali imposita obligatio solvendi aeris alieni, quod contraxit feudi possessor, male ulterius extenditur, et absque ratione sufficiente ad alias affectiones feudi mixtim hereditarii quoque applicatur, licet de illis ne verbum quidem in dictis legibus sit obivium. Eo minus vero haec argumentandi ratio approbanda videtur, quo certius est, eandem cum aliis locis legum nostrarum non omnino conciliari posse. Inculcat articulus 8 reuersalium de 1572, feudum in casu alienationis etiam necessariae offerendum esse proximis agnatis ad exercendum, si velint, jus protimiseos: *Doch dass dasselbe den nächsten Agnaten zuvor angeboten werde a*). Quae quidem legis determinatio frustra adposita sane foret et superuacua, si agnatus simpliciter et vi naturae feudi nostri hereditarii mixti teneretur ad omnia omnino explenda facta antecessoris in feudo. Libero hinc arbitrio proximi agnati est relinquendum, num pro varietate circumstantiarum jus protimiseos, vi dispositionis legis ipsi competens, exercere malit, an in venditionem consentire. Aliud argumentum pro firmanda hac thesi recte desumitur ex §. 302. transactionis de 1755, ubi legitur: *Nicht weniger ist die von Seiten eines und des andern Vasalli oder Inhabers vormals etwa geschehene Renunciation der Jagd nicht zum Praejudiz der*

Agnaten zu erstrecken, sondern es soll solche Renunciatio, wenn das Lehn auf die Agnatos deuoluiret wird, so fort cessiren. Quae verba clare satis demonstrant, nihil in praejudicium agnatorum a Vasallo possessore suscipi aut pactis determinari posse, adeoque male notionem feudi hereditarii mixti ad nostra feuda applicari b). Quae cum ita sint, majore jure defendendum erit, etiam in Megapoli feuda ex pacto et prouidentia primi acquirentis ad posteros transmitti c).

a) Repetitur, vel vt rectius dicam, confirmatur idem §. 434. saepius dictae transactionis nouissimae.

b) Consentientem habeo beatum Baleke in notis ad Moelleri distinction. feud. cap. 4. dist. 15. not. 12: *Simpliciter feuda megapolitana non sunt mixtum hereditaria. Horum indoles est, vt quoad modum succedendi principia juris allodialis obtineant, id quod de iis haud simpliciter dici potest. Sunt aeri alieno in subsidium obnoxia, sed successor agnatus propterea non obligatus est, ad omnia facta vasalli defuncti implenda. — — Haec quoque assertio principis juris eo magis consentanea est, quo certius est, singularia, ad quae obligatio subsidiaria intuitu aeris alieni pertinet, a casu ad casum non esse extendenda sed restringenda. Idem euincunt verba Beckeri dissertatione de jure minorum circa retractum feudalem a tutore neglectum, Sectione 1. §. 8.: Interea constat, quod successor omne aes alienum defuncti siue agnati siue ascendens in subsidium ex feudo soluere teneatur. Cum itaque hoc respectu successor facta defuncti implere debeat, quaeritur, an agnatus in Megapoli ex conuentione, qua antecessor alteri ratione feudi jus protimiseos constituit, obligetur? Ego quidem id propterea non puto, quod singularia strictissimae sint interpretationis, sicque singulare illud megapolitanum, quod successor aes alienum in subsidium ex feudo soluere teneatur, ad alia facta haud indistincte sit extendendum. Sine dubio quoque in hoc genuina quaerenda est ratio, cur in delineatione juris feuda-*

feudalis nouissima l. c. dicatur: Auch wiederholen wir an dieser Stelle, daß die Successiones in feuda cum repudiatione allodiorum nicht statt finden sollen, und dies ohne Unterschied der Lebne, ob sie alte oder neue, ob sie ex pacto et prouidentia, oder ex hereditariis mixta sind. Gestalt wir diese distinction ein für allemal aufgehoben haben wollen.

c) Haec principia quoque nouioribus temporibus defensa esse ab ordine Iureconsultorum, qui Buetzowii floruit, didici ex responso, quod me cum communicauit amicus, in quo haec obueniunt verba: „Hiernächst den Lehnvettern, welche sich das ihnen vi agnationis sowohl als vi pacti zustehende jus reuocandi feudum, ex capite delatae successionis ausdrücklich vorbehalten haben, und urtheilsmäßig existente casu wirklich genießen sollen, die Ausübung dieses ihres unstreitigen Rechts nicht aus dem Grunde streitig gemacht werden kann, weil sie zu gleicher Zeit, da besagtes Recht in Ausübung kömmt, die Lehnfolger des N. N. welcher in den Verkauf des Lehnsgutes S. gewilligt hat, werden; sobald sie nur allein in denselben Lehnsgüter als nächste Agnaten succediren, nicht aber zugleich Erben seines allodial Nachlasses sind, als in welchem letztern Fall sie nur allein eine Verbindlichkeit haben, die facta desselben auch für sich als verbindlich anzuerkennen; dabingegen sie als Agnaten allein betrachtet zwar nach mecklenburgischen bekannten Lehnrechten eine unstreitige Verpflichtung auf sich haben, alle Schulden des vorherigen Besitzers der Lebne respectiue principaliter et subsidiarie zu übernehmen, allein mit nichten an alle sonstige facta des vorigen Lehnbesitzers gebunden sind wie solches sowohl aus dem §. 302. des Landesgrundgesetzlichen Erbvergleichs als nicht weniger aus der Natur der Sache selbst folget.

§. 13.

Hactenus dicta, vt mihi quidem videtur, satis comprobant, singularia nostrorum feudorum, ac praerogatiuas neque ex supra memorata obla-

oblatione eorum olim facta neque ex indole feudi hereditarii mixti deri-
 vanda esse. Sunt illa, quod nemo facile negauerit, ex diuersis capitibus
 ad impropria feuda juris communis longobardici referenda, ratio vero
 specialis hujus indolis eorum non nisi in priuilegiis a principibus nostris
 tanquam dominis directis olim clementissime concessis ordini vasallorum
 et simul quoque in antiquiori obseruantia fundamentum suum agnoscit.
 Olim plurima capita non aliter, quam ex consuetudinibus feudalibus diu-
 dicanda ac decidenda fuisse, haud vna ratione demonstrari potest. Prae-
 clarum hujus rei exemplum praebent quaestiones a Duce Ultrico gloriossis-
 simae memoriae quibusdam nobilibus et vasallis hujus prouinciae pro-
 positae et responsiones horum datae ad illas. Quid ergo mirum est, in
 ordinatione prouinciali politica de 1572. Tit. *von Erbschaften*, prouo-
 cari ad hujusmodi obseruantiam et hoc nomine expresse disponi: *So
 viel aber die Lehngüter anlangt, darnach soll es nach dem beschriebe-
 nen Lehnrechte und beständigen Gewohnheiten unserer Fürstenthümer
 gehalten werden.* Simili ratione in §. 457. transactionis de 1755. pro-
 vocatur *auf das notorische Herkommen und den üblichen Gebrauch.*
 Maximus adhuc extat numerus priuilegiorum et jurium singularium, quae
 vasalli hujus prouinciae accepta referre debent indulgentiae principum tam
 antiquiorum quam recentiorum temporum. Sic v. c. vestigia plurima
 hujus clementiae extant in reuersalibus de annis 1572 et 1621., in resolu-
 tionibus ad grauamina, et in articulo 22 transactionis nouissimae. Ad
 hos duo fontes vnice recurrendum erit, quoties quaestio proponitur:
 num hoc vel illud tanquam singulare feudorum mecklenburgicorum
 recte dici queat? Quae enim ex neutro deriuari possunt, tanquam spuria
 vel imaginaria merito rejiciuntur.

Nullus dubito, quin affirmem, feuda meclenburgica ex pacto et providentia majorum talia esse, ideoque vasallum possessorem per ultimam voluntatem de feudo suo disponentem iisdem limitibus circumscriptum esse, qui secundum jus commune eidem sunt positi. Nulla extat lex, contrarium quid permittens, nulla id probari potest consuetudine vel observantia, nullus scriptor patrius hoc inauditum defendere conatur *a*. Quare certum omnino exploratumque esse puto, omnem ultimam voluntatem vasalli de feudis nostris celebratam corruere, nisi contrarium per legem inuestiturae expresse sit sancitum. Dominus directus tantum abest, ut agnoscere hujusmodi testamentum inuitus teneatur, ut potius poenam priuationis vasallo tale quid molienti infligere possit. Hinc quod illustrationis causa subnotare liceat, nouissima delineatione juris feudalis de 1757, Tit. 6. haec verba inserta legimus: *Obschon nach den Lehren der Lehnsrechtsgelehrten es Lehne geben mag, welche, nach ihrer fast gänzlichen Abweichung von der Regel, leiden, dass Testamente darüber gemacht werden können, auch den mecklenburgischen Lehnen mancherley Anomalien beygemessen werden wollen; so ist doch dergleichen Testamenten in diesem Lande stets widersprochen und niemals eins dergleichen in Contradictorio bestanden. Und wir setzen und ordnen, dass über die Lehne ohne Unterschied, ob sie neue oder alte, so wenig im ganzen als in Theilen überall keine Testamente sollen errichtet werden.* Aliud, si longiori probatione in re tam clara opus esset, argumentum a prohibita sine consensu domini directi oppignoratione feudorum in infinitum, et vi specialis permissionis ad certos annos restricta desumi posset, prouti hoc ex §. 451. dictae transactionis apparet. Nec in contrarium allegari potest §. 8. reuersal. de 1572, qua casus

D

non

non denegandi a domino directo consensus in alienationem feudi tractatur. Quae enim ibidem legitur exceptio, a causa arduae necessitatis vel urgentis aeris alieni desumpta, regulam alias obtinentem potius firmat, ita ut in reliquis ab arbitrio domini nunquam non dependeat, velitne consentire an dissentire.

- a) Proposita fuit an. 1767 ordini iureconsultorum tum Bützowii florenti quaestio: ob über das feudum novum N. Titius ohne Landes- und Lehuberrlichen Consens zum faueur des einen Bruders und zum Nachtheil der andern Brüder und Agnaten nach den mecklenburgischen Lehubrechten und der Obseranz mit Bestande Rechtsens testiren könne? Quam omnino negandam esse censuit haec facultas juridica, his subnexis rationibus: dasß von einem mecklenburgischen Lehubre überhaupt nicht könne testiret werden, ist eine sehr alte und nie auch von Iemand unserer ältesten, mittelern und neuern unterbrochene oder auch nur angefochtene Wahrheit. Es wäre eine unnütze Bemühung, die Schaar der Iurisconsultorum patriorum aufzuführen. Selbst die Natur der Lehubre bestätiget diesen Satz, weil alles würde wider das Interesse der Familien angehen, und kein Lehubgut jemals leicht vacant werden, und auf dem Wege der Herrschaft anheim fallen. Die bekannten singularia und Irregularitäten unserer feudorum mixtorum geben so weit nicht. — — — Aber wir hatten auch dafür, dasß kein Vater durch seine Disposition seinen Söhnen, die ihr Ius nicht a patre, sondern per et post patrem haben, mit dem sie in effectu Lehubvettern sind, die Kavelung durch Gratification an einen Sohn behindern oder beschränken könne. Die große Rechnung, welche von einigen an dieser Stelle auf die Distinction inter feuda antiqua et nova gemacht wird, fällt ins Wasser; denn woferne die Einsetzung eines Erben, der es sonst private nicht war, eine species alienationis ist, erscheinet gar balde, dasß ein lehuberrlicher und vetterlicher Consens erfordert wurde. Ad datur testimonium viri olim in jure nostro verfatissimi Corbmanni volumine III. Responso 18.

§. 15.

Progredior ad agnatos, qui pariter ad agnoscendum testamentum vassalli possessoris inuiti non tenentur in feudis antiquis. Sunt descendentes primi acquirentis, quibus nostro quoque jure jus semel acquisitum per primam inuestituram a nemine auferri potest. Consensus ergo eorum ubique erit necessarius in qualibet alienatione voluntaria a vassallo possidente suscepta, siue inter viuos facta sit, siue mediante vltima voluntate. Quae supra de alienatione necessaria ob vrgens aes alienum diximus, specialiori priuilegio nituntur, nec ad testamentifactionem trahi possunt: ne dicam, tali casu integrum esse agnatis, num, soluto aere alieno, feudum redimere, an ad emptorem illud transire malint *a*). Veritas supra jam satis, vt opinor, cuiusda, agnatorum successionem non hereditariam esse in Megapoli, sed potius feudalem, hinc, si ab obligatione soluendi aeris alieni feudo impositi discesseris, eosdem ad reliqua facta antecessoris praestanda non adigi posse, hoc omnino inuoluit, nullum testamentum a vassallo in detrimentum eorum, multo minus ad profus excludendos illos a successione feudali, valide condi potuisse. Agnato successuro liberum e contrario esse debet, num hereditatem vassalli mortui allodiam, quae fortasse simul cum feudo ad eum est delata, adire velit an repudiare. Vtramque hereditatem vel retineat vel recuset, nusquam ipsi a legibus nostris est imperatum, nec ab obligatione subsidiaria soluendi omnis aeris alieni tale quid recte deriuandum erit. Hoc posterius, si illud pro vero assumi possit, aliud nouum singulare feudorum nostrorum inuolueret, quale tamen absque lege statuere non permissum est *b*). Prouti sine dubio haec omnia de agnatis valent, qui originem suam a primo acquirente probare possunt, ita eadem quoque dicenda erunt de illis, qui luculenter quidem, se a primo acquirente sanguinem trahere, non demonstrare possunt, bene

tamen ad idem nomen eademque insignia prouocant. Hi enim vi singularis iisdem concessi priuilegii in feudis nostris antiquis aequae ad successionem vocantur, atque illi agnati, qui agnationem suam luculentissime euincere possunt; ex lege ergo succedendi jus habent, quod adimi a testatore vel immutari non potest c).

a) Huc spectant verba in §. 8. reuersal. de 1572 obuia: *Doch dasz das selbe den nächsten Agnaten zuvor angeboten werde.*

b) Consentientem habemus nobiscum beatum *Baleke* in notis ad *Moellerum* cap. 16. dist. 7. not. 17. *distinctionem inter filium et agnatum successorem in Megapoli non prorsus cessare, sed excepto aere alieno respectu aliorum factorum defuncti vasalli admittendam esse, colligi potest ex iis, quae ad cap. IV. dist. 15. adduxi. Hinc prono alveo fluit, agnatis certo modo itidem in Megapoli proficuum esse posse, si allodium separant a feudo et illud repudiant, quod ipsi omnino liberum erit.*

c) Quid autem de collateralibus primi acquirentis in inuestitura prima feudi, per emtionem venditionem acquisiti, et hac ratione ab vna familia in alteram translati, quorum mentio fit in §. 30. reuersal. de 1621, dicendum sit, num scilicet eadem, an diuersa iis tribui debeant jura, certo determinare non audeo; argumenta enim ab vtraque parte hic afferri solita recensere, et, quid de valore eorum iudicandum sit, curatius examinare, a scopo praesentis speciminis alienum est.

§. 16.

Intuitu filiorum nil singulare in legibus nostris constitutum legimus, quare vtramque hereditatem parentis et allodialem et feudalem adire vel repudiare debent. Multo minus illis permittendum est, solutionem aeris alieni paterni cuiusvis sub vlla quadam specie declinare. Frustra autem exinde conclusionem quis formaret, dispositiones parentum inter liberos, consen-

consensu domini directi corroboratas, a filiis omni casu obseruandas esse, etiamsi vel maxime eorum jura successionis in hujusmodi specie vltimae voluntatis turbata essent. Optimo enim jure eadem principia hic applicari et repeti debent, quae supra jam §. 14. stabiliui. Contrariam vero sententiam omnes fere doctores patrii, qui hujus quaestionis mentionem injiciunt, amplexi sunt; sed vbiuis haec vnica asserti hujus ratio additur, quod tanquam heredes patris feudum ab allodio separare nequeant, sed facta potius ejus praestare obligentur; quam tamen fallere supra probatum dedi. Consentientem quidem habeo dominum *Woltaer a)*, qui recte dicit, hujusmodi testamentariam dispositionem patris nullitati obnoxiam esse, attamen in eo diuortium ab hoc viro grauissimo facere debeo, si regulae suppeditatae hanc exceptionem subneçit, nisi testamento accesserit consensus domini directi, qui simul legislatoria gaudet potestate. Nihil enim sane, quod pace viri doctissimi dictum sit, valori talis testamenti accedere potest ex consensu principis, qui simul est dominus directus. Hic sibi soli praejudicium ita inferre potest, sed neutiquam infringere jura aliorum quaesita. Immo quis diceret, hanc principis fuisse intentionem, vt impartito suo consensu simul legem ab ipso latam generalem tollere et aliis inuitis jura eripere voluerit? Certe tale quid neque deest bonum principem neque eidem tribuendum est. Accedit, principem tali casu duplicem gerere personam, hinc illa, quae ab eo tanquam domino directo acta sunt et confirmata, non itidem ab eodem tanquam principe et legislatore approbari et valida pronuntiari, dicendum esse.

a) Apponam locum notatu dignum, qui exstat in notis ad *Moellerum* cap. XIV. dist. 2. nr. 7.: *feri si posset, vt omnium agnatorum consensus haberi possit, argumentum concederem; at, cum hoc procedere nequeat, ad dissentiendum cogor. Agnatorum appellatio et descendentes feudi capaces*

ces continet, num et posthuminum consensus haberi poterit? Eorum consensus ne cures, forte inquires, cum isti ascendentium factu praestare debeant vi dispositionis II. feud. 45. Nihil est omnino in argumento. Ad facta patrum praestanda utique obligati sunt filii, quae nullitatis poenae subjecta non sunt. Iam vero omnem patris in diminutionem filiorum juris a primo acquirente quaesiti testamentariam tendentem aut inferentem dispositionem nullitati obnoxiam exhibent verba: nulla ordinatione defuncti in feudo manente vel valente, feu distae in I. feud. 8. pr. Frustra allegabis neglectum ibi domini directi in testamentifactionem vasalli consensus, locumque esse adhibita distinctione, quam II. feud. 55. exhibet, explicandum. In casu enim textus I. feud. 8. pr. nihil de translatione feudi in extraneum perpetua aut exclusione filiorum, quam tamen II. feud. 55. requirit. Deinde, qui feret, ut dominus directus legislatoria feudali potestate haud instructus testantis filiis jus eripere possit, quod jam inuestitura primi acquirentis quaesivere, dominus directus, inquit, qui mota actione coram curiae paribus vel alio competenti iudice cogi potest ad praestanda, quae primi in acquirentis persona ejus descendantibus promisit sanctissime. Qui igitur neque ipse primi acquirentis descendantibus jus suum eripere cum possit, legesque feudales sileant de ista ei potestate tributa sub conditione paterni consensus, quam in aliis capitibus e. g. conditionibus feudi ei sub hac conditione tributam voluerunt, quo artificio in alterum transferet jus, quo ipse destituitur? Aliam utique agnosco rerum faciem, si dominus directus consentiens in testamentum vasalli et legum condendarum reficendarumque majestate fulgeat. Revocata enim tunc ipso consensu dato intelligitur lex illa feudalis de nullitate ordinationis paternae in feudo, quae ordinem mutat successionis ex primi acquirentis inuestitura oriundum. Qua igitur cessante, cessabit et praejudicium jusque laesum per testamentum paternum, de quo queri possent filii. Itaque adstipulantibus legibus feudalibus frustra clamitantibus iis, qui a majoribus acceptis

ceptis opinionibus glebae quasi adscripti haerent, sustinendum puto: testamentum, quod successionem per primi acquirentis inuestiturae tenorem definitam mutat, a vasallo cum consensu domini directi, qui legislatoria potestate hauri potest, conditum, esse nullum.

§. 17.

Idem quod de filiis dictum est, et de filiabus affirmandum est in Megapoli iudicium, scilicet patrem in eorum praesudicium nihil per ultimam voluntatem quandam, siue testamentum sit, siue dispositio inter liberos, constituere posse. Nulla quidem apud nos est in regula foeminarum successio in feuda nostra, verum alia tamen sunt jura intuitu illorum iis competentia, quae nomine juris usufructuarii potissimum comprehendi solent a). Haec illis competunt vi dispositionis legalis, ideoque pro lubitu imminui vel omnino extingui nequeunt, potius quaelibet huc tendens dispositio patris vel aui inuvalida atque inefficax dicenda erit. Facile hinc ex dictis decisio casus singularis nouiter in patria existentis peti potest. Cajus nobilis mecklenburgicus tres filios relinquens heredes, in testamento suo inter plura alia ordinauit, quod, existente forsitan casu, quo filius suus Titius aliquando absque filiis decederet e vita, relictis tamen filiabus, statim duo filii reliqui, fratres Titii, in locum hujus succedere et feudum hactenus a Titio possessum accipere debeant, exclusis filiabus Titii a jure usufructuario illis alias debito; addens, has filias Titii contentas esse debere certa pecuniae summa ipsis ex feudo patris assignanda et soluenda. Inuvalida mihi videtur haec dispositio, quae nunquam contra voluntatem filiarum Titii effectum aliquem sortiri poterit, etiamsi vel maxime Titius heres Cajus factus fuerit, et testamentum paternum agnoue-

agnouerit. Neque enim pater neque auus praejudicium valide inferre possunt filiabus et neptibus, sed potius dispositiones hujusmodi et agnitiones parentis nullitate quadam laborant. Assignatio cujuslibet summae loco usufructus post mortem patris, sine filiis superstitibus decedentis, filiabus ex lege prouinciali, articulo nempe 27 reuersalium de 1621, competentis omni casu minuit vel saltem immutat jura his foeminis jam dudum acquisita, hinc etiam contra voluntatem earum non amplius auferenda. Pone, has filias patris sui Titii heredes aliquando existere, et nihilo tamen minus testamentum aui, quod earum jura ex legis dispositione iis tribuenda laedit, agnoscere non obligantur. Quid vero de eo casu dicendum foret, si summa neptibus ab auo in casum illum memoratum testamento assignata vel potius determinata fortasse aequalis esset usufructui legali? Sit ita, et idem tamen de testamento dicto ferendum erit iudicium. Relinqui enim tunc debet libero filiarum arbitrio, num usufructum feudi lege ipsis debitum praefere an summam testamento definitam loco ejus acceptare malint. Aliud argumentum pro filiabus usufructuariis in casu, quem hucusque tractaui, exinde desumi potest, quod auus ita de re quadam arbitrio ipsius non subiecta disposuerit.

- a) Quae sint jura foeminis et in specie filiabus intuitu feudi tribuenda et quae in specie sit indoles juris usufructuarii vulgo Erbjungfernrechts, h. l. vberius explicari nemo facile a me expectabit. Adeat, qui plura legere cupit de hac materia, Rudlof de natalibus commentitiis juris usufructuarii filiarum nobilium in Megapoli. Mueller de virgine nobili mecklenburgica ejusque circa feudum iure. Manzel de filia nobili usufructuaria mecklenburgica et imprimis Bateke vom mecklenburgischen Erbjungfernrecht.

§. 18.

Coronidis loco hic breuibus discutienda erit quaestio, num liceat vafallo possessori fideicommissum feudo superaddere. Olim modo dicta quaestio agitata est inter doctores nostros ex recentioribus temporibus resuscitata. Plurimos in eo consentientes video, nec in nouo nec in antiquo feudo absque domini consensu fideicommissum constitui posse *a)*. Pariter plures in eo conuenire solent, tale quid intuitu feudi antiqui stabiliri non posse renitentibus agnatis. Contra vero longe aliter rem se habere ratione feudi noui ad vnum fere omnes contendunt, putantes, facilius filiorum consensum hac in re sperni posse. Sed, me quidem iudice, eadem hic quoque applicanda erunt principia, quae in genere de alienatione feudorum a patre suscipienda stabiliui. Hinc non simpliciter dicendum erit, repugnantibus filiis patrem fideicommissum constituere posse, licet consensus domini accesserit, idque de feudo nouo pariter ac de antiquo valebit. Mutantur absque dubio per fideicommissum iura alias circa feudum competentia et vario respectu limitantur, immo interdum alius ordo succedendi definitur, quam qui a lege est praescriptus; quae quidem omnia huius generis instituta in praeiudicium filiorum omnino non valebunt. Audiamus *Hennemannum b)* de patria in specie differentem: *aber bey dem Lehne — auch dem neuerworbenen — hat der Lehnsfolger, sogar auch der descendent, sein Recht aus der Inuestitur des Lehnherrn. Diese, indem sie den ersten Acquirenten belehnet, belehnet die Lehnsfolger ausdrücklich oder stillschweigend. Durch sie ist in unserer Supposition des landesgesetzmäßigen Lehnsfolgers Recht landesgesetzmäßig ohne Beschränkung festgestellt. Folglich ist für ihn aus der Disposition des ersten Erwarbers nichts zu erwarten, was ihm die Inuestitur nicht schon gäbe. Der Grund, der bei Fideicommissen*

E

in

in Allodien deren Realwirkung hervorbringt, fällt also bei Lehnen weg. Freilich dem ersten Erwerber des Lehns hat der Nachfolger zu verdanken, daß er in die Inuestitur aufgenommen worden, aber das heißt weiter nichts, als die Bitte des ersten Erwerbers an den Lehnherrn, und wenn man will, sein Pactum mit dem Lehnherrn hat gemacht, daß der Lehnherr den Nachfolger mit beliehen hat. Aber diese Belehnung ist nun einmal ohne Bedingung geschehen, sie ist eine Handlung des Lehnherrn, die Berechtigungen, Realrechte des Lehnfolgers zur Folge hat. Wie kann daraus, daß der erste Erwerber sie zu Gunsten seiner Lehnfolger erbat, für ihn ein Recht folgen, durch seine Privatverordnungen hintennach die Wirkung dieser Belehnung zu beschränken, zu vernichten, Realrechte, die sie giebt, zu tödten, Realpflichten ihr zuwider einzuführen? Das wäre ja ein Recht, des Lehnherrn Inuestitur zum Theil aufzuheben. Das wenigste, was der erste Erwerber, der hintennach auf solche Ideen fällt, thun muß, ist, daß er bei seinen Lebzeiten, ehe durch seinen Tod das Recht der Lehnfolger ein unwiderrufliches Recht wird, den Lehnherrn bewege, die eingeschränkte Inuestitur der Lehnfolger zurück zu nehmen, oder deren Beschränkung zu genehmigen, d. i. ihn zu bewegen, daß er der fideicommissverordnung die Einwilligung gebe. Quae vir doctissimus in verbis vltimis tanquam cautelam suppeditat, non omnino approbare possum. Ius etenim per inuestituram domini directi primo acquirenti pro se ac successoribus suis concessum jam ab ipso primo momento temporis, quo ea facta erat, omnibus his irreuocabiliter datum est, hinc quoque non sine consilio filiorum, quippe quibus statim jus quaesitum exinde competit, auferri vel limitari potest. Accedens domini directi consensus siue confirmatio fideicommissum licitum quidem reddere valet, at nequitiam

tiqum validum efficit respectu omnium eorum, qui semel ex inuestitura prima jura sibi quaesierunt. Ipsi status prouinciales meclenburgici agnouerunt hanc veritatem, et ideo in notis ad delineationem nouissimam juris feudalis scripserunt: *dass der Vater die Lehnsuccessions-Ordnung nicht verrücken, sondern seinen Söhnen die Lehne zur Kavelung oder ihrer Vergleichung überlassen müsse* c). Vnicum hoc addo. In patria nostra introductio fideicommissorum in genere difficilis est, at intuitu feudorum antiquorum longe adhuc majoribus immo fere inextricabilibus laborat difficultatibus. Quapropter etiam §. 445. transactionis nouissimae de 1755 vnice hoc loco, quo de introducendis fideicommissis loquitur, feudorum nouorum mentionem iniicit. Et si dicendum, quod res est, vix sperandum erit, legem illam generalem dicto loco promissam, juxta quam imposterum dijudicanda erunt introducenda in feudis fideicommissa, nostra aetate communi consensu domini directi et vasallorum prodituram esse: sed manum de tabula.

- a) Diuortium a reliquis facit auctor dissertationis sub praesidio beati Manzelii olim habitae *de fideicommissi familiae qualitate feudo superaddita* position. 7. vbi ita: *ad dispositionem patris inter liberos fideicommissum familiae feudo superaddituram nullae aliae requiruntur solennitates, quam quae de jure communi sufficiunt.* — — — Idem loco citato posit. 5. disertè dicit Scholio 4. *qua mecklenburgica feuda apud omnes nostros Ictos practicos in confesso est, quod patres de illis, inter liberos disponere queant. Ordo juridicus in hac alma semper pro dispositionibus talibus respondet, quae restantur innumera exempla.* Sed refutauit autorem scripti beatus Beckerus dissertatione *de valore fideicommissorum tam vltima voluntate quam per conuentionem constitutorum* §. 13 seq. Ante aliquot annos Ictus Kiloniensis Mell-

mannus tractatu, cui est titulus: *selecta capita doctrinae de fideicommissis familiarum nobilium ex jure megapolitano et Sleswico Holsatico illustrata a Ioanne Diterico Mellmann*, priorem sententiam a Bekero refutatam denuo defendere conatus est, sed eam ob causam graviter notatus a direttore postarum Suerinensi Hennemannu scripto: *über die Gültigkeit der ohne Lehnherrliche Bewilligung in Lebuen errichteten Fideicommis- und Primogenitur-Verordnungen nach meklenburgischen Rechten.*

b) L. c. §. 8.

c) Hennemannus l. c. in adjuncto XV. p. 59.




ficiet respectu omnium eorum, qui semel ex inuesti-
 ti quaesierunt. Ipsi status prouinciales meclenburgici
 eritatem, et ideo in notis ad delineationem nouissimam
 ferunt: *dass der Vater die Lehnsuccessions-Ordnung
 sondern seinen Söhnen die Lehne zur Kavelung oder
 ig überlassen müsse* c). Vnicum hoc addo. In patria
 fideicommissorum in genere difficilis est, at intuitu
 rum longe adhuc maioribus immo fere inextricabilibus
 bus. Quapropter etiam §. 445. transactionis nouissi-
 e hoc loco, quo de introducendis fideicommissis loquitur,
 m mentionem iniicit. Et si dicendum, quod res est,
 t, legem illam generalem dicto loco promissam, juxta
 n dijudicanda erunt introducenda in feudis fideicom-
 ate communi consensu domini directi et vassallorum pro-
 manum de tabula.

reliquis facit auctor dissertationis sub praesidio beati Manze-
 abitae *de fideicommissi familiae qualitate feudo superad-*
 on. 7. vbi ita: *ad dispositionem patris inter liberos fidei-*
familiae feudo superaddituram nullae aliae requiruntur
s, quam quae de jure communi sufficiunt. — — — Idem
 posit. 5. disertè dicit Scholio 4. *qua mecklenburgica feuda*
nostros Ictos practicos in confesso est, quod patres de illis,
os disponere queant. Ordo juridicus in hac alma semper
ionibus talibus respondet, quae restantur innumera exem-
efutauit autorem scripti beatus Beckerus dissertatione de va-
ommissorum tam vltima voluntate quam per conuentionem
am §. 13 seq. Ante aliquot annos Ictus Kiloniensis Mell-

E 2

mannus



the scale towards document